

continerentur, illæ ratione sui glutini sc. quietis juxta sese omnium gravissimæ ad fundum cadebant ; Uti videmus fieri in aqua lutosa , quæ concussa nullas quidem fæces in fundo relinquit, sed si ad quietem rursus reduci sinatur, statim ibidem rursus collectæ nostris obversantur oculis ; Sic etiã hîc erat ; Hæ enim partes suo delapsu rursus involvebant sidus, sicque impediabant, quo minus per partes polares novas vires, h. e. novam materiam subtilem non quidẽ numero eandem , sed numero similem accipere posset, & quidem parem crustæ tollendæ , licet interim suam materiam retinuerit, ut non quidem sit ignis lucidus, sed tm. calidus. Aquæ & aëris verò corpora quæ supereminebãt, nõdũ satis defæcata erant, d. adhuc multis partibꝫ crassioribꝫ scatebant, uti mustum recens expressum ; Hinc factum est, ut ex aëre tales partes delabentes crustam aliquam aquæ induxerint, uti videmus fieri in nostris terris, quãdo vapores ex globo terraqueo educti, vel in rorem, vel in pruina, vel similia abeunt meteora. Quã crustam Sol vividis suis radiis illustrans, ita calefaciebat, ut etiam iste motus introductus continuaretur ad aquam usque, quæ calefacta in vapores facile resolvebatur, & sub tali specie poros crustæ supernæ penetrando leves elevabatur in auras ; Istis vero radiis nocte ingruente, ceu cortinã obvelatis in eodem & priori motu partes eductæ conservari non poterant, causa actuante absente, quo fiebat, ut rursus ad terram ruentes ei majorem crassitiem superadderent. Postquam vero Sol discuffis noctis tenebris rursus suum derelictum visitaret locum, eandem ita atterebat, ut dehiscere debuerit, quibus hiatibus introductis, nulloque fulcimine nixa hæc crusta sponte decidebat in inferiorem, & crustam alteram formabat. Prout vero hæc ramenta cadebant, ita & superficies terræ varia producebatur, ita ut, ubi lōgitudinali plão ru-

bant,